



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XVI. Conserua me Domine, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Qui studet tali pius actioni,  
Ocio & vita placida fruetur,  
Semper hic felix Domini manebit  
Ciuis in arce.*

P S A L M V S X V I .

*Conserua me Domine, &c.*

*I*n te confido, Deus, in te spes mea sola est,  
Protege me, Pater alme, meā tibi credo salutē.  
Sic dixi Domino: tu certè es Ioua tremendus,  
Te propter patior, subeoq; pericula vita,  
Electos propter cruciatus perfero diros,  
Diligo honoratos, amo sanctos, summa coletes (re.)  
Numina: qui Dominū timet, hunc cōplector amo  
Ast quibus est animus sibi fingere numina cœca,  
Surda & muta colunt quicunq; Idola timentq;  
Execror hos, odi, detestor, abominor omnes,  
Non ego cum tali cœtu libamina fundam,  
Non ego fæda feram reproborum nomina in ore.  
Pars mea, summe Pater, mea portio larga, Iehoua  
Tu mihi conserua patrimonia, tu mihi sorte (es,  
Electam attribuis, qua delectorq; fruorq;  
Laude pia Domini celebrabo numina summi,

D ;

Qui

*Qui meus adiutor fuit, & meus auxiliator.  
Quamvis castigent me renes nocte, Iehouam,  
Ante oculos tamen in conspectu et semper habebo.  
Ille etenim à dextris astans mihi subuenit, omnem  
Mittit opemq; vetans mouear ne tempore in villo,  
Concipit ergo meum cor gaudia laticiamq;  
Spiritus exultat, mea gloria honore triumphat.  
Esto, citò moriar, tamen hac caro lata quiescat  
Mortua, qui etiam mea spe caro lata quiescat.  
Nec mea vita villo in tumulo aut retinebitur orco.  
Membratui neq; Joua, sines putrescere sancti.  
Tu mihi demonstras normamq; viamq; salutis,  
Tu fons laticiae es, tu plurima gaudia praestas,  
Affluit atq; bonis tua dextera lautitiisq;.*

### P S A L M V S XVII.

*Exaudi Domine iusticiam, &c.*

*phalencin*

*A*udi iusticiam, Pater Iehouah,  
Exaudi preces meas loquentes  
Tecum pectore simplece integroq;  
Et lingua nihil occulente fraudis.  
Justus, criminis huius, impii quod  
Affingunt mihi, prorsus innocentia.

*Tu ex-*